Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



155

pilis & ligno expiabit. Eleazar q̃q; sacerdos ad uiros exer
citus qui pugnauerat. sic locutus est. Hoc est preceptum legis quod mandauit
dns moysi. Aurum & argentum. & aes. & ferrum & stagnum. & plumbum
& omne quod potest transire per flamam igne purgabit. Quicquid u̅
igni non potest sustinere. aqua expiationis sanctificabit. & la
uabitis uestimenta ura die. vii. & purificati postea castra intrabi
tis. Dixitq; dns ad moysen. Tolle summa eorum que capta fuerunt
abhominis usq; ad pecus tu & eleazar sacerdos & principes
uulgi. diuides q; exercitus p̃da inter illos qui pugna
uerunt & egressi sunt ad bellum & inter omem reliqua mul
titudinem. & separabitis partem dno abhis qui pugnauerunt &
fuerunt in bello unam animam de quingentis tam ex hominib; quam ex
bub; & asinis. & ouib; & dabis eleazaro sacerdoti. quia primi
tie dni sunt. Ex media q̃q; parte filiorum israel accipies quinquage
simum caput hominum. & boum & asinorum. & ouium cunctorum q;
animantium. & dabis ea leuitis qui excubant in custodiis tabna
culi dni. Fecerunt q; moyses & eleazar sicut preceperat dns. Fuit autem
p̃da quam exercitus ceperat sexcenta. lxxx. quinq;
milia ouium. boum septuaginta duo milia. asinorum sexaginta
milia. & mille animae hominum. Data q; est media pars his qui
in plio fuerant. ouium trecenta. xxxx. vii. milia quingenta. Ex quib;
in parte dni supputatae sunt oues sexcentae sexaginta quinq;
& de bub; xxxx. vi. milia; boues septuaginta duo. de asinis
xxxx. milia; quingentis. asini. lx. unus. De animab; hominum
sedecim milia; cesserunt in parte dni. xxxx. duae animae. Tradidit q;
moyses numerum primitiarum dni eleazaro sacerdoti sicut ei fuerat
imperatum. ex media parte filiorum israel quam separauerat his qui
in plio fuerant. De media u̅ parte quae contigerat reliquae mul
titudini id est ouib; trecentis xxxx. septem milia; quin
gentis.
& de bub; xxxx. sex milia; & de asinis. xxxx. milia;
quin gentis. & de hominib; sedecim milia; tulit

Secus femineis q̃ non cognouerant uiro. triginta duo milia.